Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Lxx. Propter infectionem et impietatem aduersus fratrem tuum iacob ope
105
rietur te confusio. et auferetis in eternum. In die qua restitisti contra.
in die cum caperent alienigene fortitudinem eius. et alieni ingressi sunt
portas eius. et super hierlim miserunt sortem eius et uos eratis quasi unus
ex eis. Idcirco interibit uir de monte esau. et peribit sapientia de ydu
mea. et prudentia de monte esau. quia infecisti germanum. et inique
egisti contra fratrem tuum iacob. quando chaldeis babilonisque uastan
tibus hierusalem et obsidentibus ciuitatem et ingredientibus portas
portas eius. mittebant quoque sortem in diuisione predarum. tu eorum socius
eras et in hostium numero uersabaris. Alter: Cuncta que super scrip
ta sunt pateris o edom cruente terrene crudelis. Quia falsa mor
iferaque doctrina. et aduersum dominum impietate loquente occidisti fratrem
tuum iacob. Legimus in salemone. Sunt quoque locuntur et interficiunt gladio
et in alio loco. uenenum aspidum sub labiis eorum. et lingua eorum gla
dius acutus. Operiet eum te confusio. et dicet. confusio uultus mei. ope
ruit me ac peribis non ad breue tempus. sed in eternum. Eterno enim
quantum inter fratrem uulnere percussisti. sed et hec erit causa cru
ciatus. Nam quando alieni deuastabant exercitum. iacob. et ingredie
bantur per portas eius. in pacifica quoque hierlim. mittebantque sortes ut eius
spolia diuiderent. tu unus eras ex hostibus. Legimus. uidemus contradic
cophamus. quando persecutio contra ecclam oritur: multo peiores
persecutores. iudeos et hereticos in xpianos fieri. quam ethnicos. Pos
sumus extraneos ingredientes portas hierlim dicere. id est
cogitationes pessimas dicere. portas hierlim. i. anime quescentis. et
uidentis dm. quinque sensus interpretari. per quos introeant hostes. et
spolia diuidant hierlim. Si uiderimus mulierem ad concupiscendum
mors ingressa est per fenestras nras. si susceperimus per aures mendacium
ac iudicium sanguinis. per aliam portam ingressus est hostis. Odoratus
quoque gustus et tactus. si ut uaris odoribus ut dulcibus cibis ut amplexi
bus delicatis captus fuerit. per alias portas ingressi sunt aduer
sarii. et spolia diuidunt misere hierlim. Eo quoque tempore quo persecu
tionis impetu. et moriferis uoluptatis de ecclam corruerit quispiam
uideamus exultare hereticos gaudere iudeum. et unum esse de per
secutoribus. et in ethnicorum numero eos computari. Et non
despicies in die fratris tui. in die peregrinationis eius. et non letaberis
super filios iuda in die perditionis eorum. et non magnificabis os tuum
in die angustie neque ingredieris portam populi mei in die ruine eorum